

**PROPEMPTERIA. || Quibus || Dn. NICOLAO PETRAEO || Husano Holsato, juveni ||
QVA PIETATEM, IN-||signi, quâ doctrinam, praestanti, quâ vir-||tutem, ornato, ex
celebri Rosarum || Academiâ IENAM abituri-||enti, amico suavißimo:|| AMICI
GRATVLANTUR.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1593

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1786042495>

Druck Freier  Zugang



No 22

ΠΡΟΠΕΜΠΗΡΙΑ,

Quibus

Dn. NICOLAO PETRÆO

Hufano Hoffato, juveni

QVA PIETATEM, IN-
signi, quâ doctrinam, præstanti, quâ vir-
tutem, ornato, ex celebri Rosarum
Academia IENAM abituri-
enti, amico suavissimo:

AMICI GRATVLANTUR.



ROSTOCHII

Typis Myliandrinis.

Anno clō Is XCIII.

LB FP Petraeus, Nicolaus. 1593



Non est, exigui res ponderis, ut rude
vulgus
Autumat, in teneris & adhuc juvenilibus
annis,

Dum potis est animus sana ratione moveri
Perlustrare hominum mores atq; oppida plura.

Sic etenim disces quae sint fugienda labore
Haut magno, caute exemplo vitare aliorum,
Virtutumq; decus cernes in imagine virga.

Hinc te Sisyphio commendat sanguine cretus

Meonides: sic & nulli pietate secundus

Aeneas multum & terris jactatus & alto

Virgilio canitur (qui Aeneia carmina genti

Ausonia sonuit) magnoq; effertur honore.

Quod PETRÆE meos inter memorande sodales

Perpendens, hinc ire paras, ubi gnava iter annos

Picridum multos Musarum castra secutus.

Nam te exempla movent aliorum: ardensq; videndi

Arte viros magnos, magnos virtute cupido


Exstimulat; moresq; hominum lustrare politos

In procul à patriâ positis regionibus ardes,
Virtute ut melior reddaris, cultior arte,
Doctrinâ gravior, titulo quoq; ditior inde.
Sic ceu Caecripias vacuas volitare per auras
Sæpè videmus apes, & nunc lenta arbuta passim,
Nunc salices pasci, casiamq; crocumq; rubentem,
Nunc tiliam pinguem, nunc sanguincos hyacinthos.
Donec crura domum tentent decedere plena.
Quam cuperem tecum notos errare per agros:
Leucoreasq; videre domus, quas irrigat Albis,
Magnus ubi docto nunc Hunnius ore sacrata.
Iussa Dei tradens pandit mysteria cæli.
Ingenium si quid, si quid solertia, si quid
Linguae laudis habet triplicis facundia, id omne
Cælitus huic dices non absq; decore tributum.
Quin & Lipsiacas turres, & mania JENAE
Lustrarem tecum, sacras ubi Mylius artes
Dexteritate docet summa: qui quantus & arte
Quantusq; ingenioq; & doctrinâ, monumenta
Artis & ingenij doctrinaq; edita monstrant.
Sed quia non eadem sors offert ferrea cunctis
Resq; angusta domi patriâ discedere terrâ
Me vetat: hinc te animo semper comitabor euntem.
Intereâ hoc comitem tibi jungas innumus amici.

Atq;

Atq; vices subeant fidi mea carmina Achata.
Vade bonis PETRÆE a vibus, vade Hercule dextro,
Proposita mq; viam divini numinis aurâ
Tutus ab insidijs peragas, tutusq; periclis.
Quiq; olim Solymos rubris seroavit ab undis
Cum mandaret aquis utring; ut mania stare;
Idem te tegat, & saluum per mille pericla
Sistat ut incolumis reducem te patria cernat.
Fausa precarentur nostræ tibi plura Camæna,
Sed numeri fugiunt me insuetum scribere cæpti.
Ergo hæc aduersâ quæ scripsi pauca Minervâ
Accipias placidè: reduci tibi plura feremus.

Andreas Cracovius Rostochiensis.




Fœdus amicitia firmum est, quod candida morum
Coniunxit probitas, atq; modestus amor.
Namq; ubi mens studijs menti coalescit iisdem,
Utraq; semper idem vult, eademq; facit;
Ingenioq; sui placet alter amicus amici:
Dulcis amicitia hic fons & origo manet.
Diceris egregias hinc inde profectus ad urbes
Artibus illustres velle videre Scholas.

A 3

Erg

Ergo ubi diffluxit nostra coniunctio vite,
Ne, vereor, nostrum diffluat ipse amor.
Nam fonte occluso paulatim arefcere capit
Rivus amicitie, nec, velut ante, fluit.
Sic alias corpus viget; at tu subtrahere victum,
Viribus exustis, languida membra cadent.
Nam quibus orta fuit res, his servarier optat
Principijs: tolle hac, res, mihi crede perit.
Hinc merito possem tibi succensere, voluntas
Si non hac esset, deinde redire, tibi.
Felix ergo abeas, perdocta Palladis arces
Perlustras, doctis digne P E T R A E E viris.
Aspirent superi votis, invisa q₃ pellant
Damna bonis, captum ne remorentur iter. Comem
Tantum ego. VESTRINGI mens est tibi nota, quod
De te consueverim dicere, tale fuit:
Post eris ornatus patriae, nobis q₃ voluptas,
Prestabis q₃ tuis commoda mille. Vale.

Henricus Vestringius Ahusensis
Vestphalus.


D*U*li superi! que turba huc se miserabilis affert
Cum gemitu & lacrymis?

Nonne

Nonne Quereclaram mater Cura anxia Luctu
Concomitata venit?

Vae mihi! crudeles sunt cum genetrice Querele
Et Metus atq; Dolor.

Quid miser incipiam? reduces huc vertere gressus
Scilicet instituunt.

Horridiora micant minitanti lumina vultu
Mota supercilijs.

O cum laticia jam jam succurrite Ritus
Cumq; Lepore Ioci.

Quos dudum auxilio vestro ejecistis (ab orbe
Dum redijt patrio

PETRAEU S, quo non mihi carior alter) eosdem
Nunc prohibete aditu.

Cur miserum fugitis me, perfida turba, fideles
Quos fore credideram?

Tutius & melius mihi detinuisse Dolorem
Et comites fuerat;

Quam vos, exiguo mansuros tempore, latum
Comiter excipere.

Hos miser offendi, atq; in me scire coegi,
Vos neq; fertis opem.

Fallor an hinc secum vos fert PETRAEU S, ocellis
Quem magis his adamo?

Unus is est (fateor) cui non irascier ausim,
Cuiq; volens nequeo.

Unus is est, raptō quo non letarier opto,
Atq; volens nequeo.

Non ego si medius Polluce & Castore cali
In regione locer;

Hic absente traham P E T R A E O gaudia, Castor
Non mihi tantus erit.

Ite igitur comites (quia sic vult) ite sequace
Quo cupit ille gradu.

Ungue recedentes nec eo vos furtim in cunctis
Illatebrate animis.

Tu fruere his P E T R A E E mei pars intima cordis,
Pieridumq; decus.

Tu fruere, & stabili qua te mihi fadere jungit
Ne temerato fidem.


Sic o ccepta tibi feliciter omnia cedant
Auspice leta Deo.

Sic ad Salanas pede prosperiore Camanas
Corpora saluus eas.

Matthias Paisenius Husanus


Holsatus.

Ergo



ERgo recessuro tibi quæ monumenta relinquam
O P E T R A E E, animi portio magna mei?
Non mihi sunt fulvæ splendentia pondera massa,
Non me gemmarum copia larga beat:
Non mihi Socratica veneranda scientia carte.
Presto est, in laudes, quâ licet ire tuas.
Sed nec laudis eges, nec fulvæ pondera massa
Gemmarumq; tibi queris avarus opes.
Ergo quid? est ingens, quod poscis munus, & ingens
Cum tibi, cum mihi sit, me tibi dante, feres.
Ergo mihi quo nil maius, me dante capessas
M E, P E T R A E E, nihil quo tibi maius erit.
Fallor an accipio **T E M E** tradendo? beatum
O quis de tanto munere utrunq; negat?
M E T I B I, T E M I H I donando ditamur uterq;
Divitias tantas seruet uterq; sibi.
Sic erit ut presens absenti habeatur uterq;
Tu **M I H I, E G O T I B I**. Quid maius
(uterq; daret?)

Bartholomeus Battus Ham-
burgensis.
Sunt




Sunt PETRAE E decus Pieridum chori
 Non pauci juvenum! dulcis ocellule!
 Quite, Variades dum fugere apparas
 Nequicquam retinent carmine lugubri.
 His se VICHGREVIUS connumerat quoque
 Quamvis imparili (quin fatear?) modo,
 Nam Musa haut Clarijs ebria aquis mea est
 Possim, ceu reliqui, ut pangere carmina,
 Quae sic aestro animos ut animo trahant.
 Ergo illi calamo quod faciunt, ego
 Fibris id penitis, ac animo intumo,
 Qui pridem illatebrat se tibi clanculum.
 Heu PETRAE E mane (juris enim es tui)
 Nec sic candidulum deserito caput!
 Quo PETRAE E fugis? rursum itero, mane!
 Sic nil ejicier verba valentia
 Permittis? doleo, at non ideo tuum
 Noster pectus amor linquit amabile.
 Vade ergo celebrem, quod cupis, ad Scholam
 FENAM, & mutiter VICHGREVIUM sove.
 Princeps stelligera maximus aera
 Oro calicolis jugiter omnibus

Te

*Te cingat, vegeti ditet & ingeni
Fata, ut sic redeas clarus honoribus.*

*Albertus Vichgreuius Ham-
burgensis.*




*S*ic te diua potens regat,
Et mater Rosidos, sidus amabile
Pallas, Pieridum focus
Sistat te incolumem & limine patrio.
Pallas, quæ tibi creditum
Debes, dulce animi presidium mei
Victrici juvenem notâ
O serves patria, quem mihi, quem tibi.
Illi marmor, & as triplex
Circa pectus erat, qui stabilem truci
Commisit barathro FIDEM
Primus perfidia, nec timuit scelus
Fœcundum ex fragili Fide,
Nec quam cor rabiem concoquit improbum:
Quo non senius est mare,
Cæcos tollere seu ponere Vortices,

e

Et morti accelerat gradum,
Tot voluit scelerum monstra natantia.
Nequicquam bona mens erit
Prudens, quae facilem dicto adhibet fidem,
Mentes si tamen impia
Cancellos fidei transfiliunt rata:
NVS QVAM TUTA FIDES erit
Pacem qui loquitur, corde tegit facem.
Cyeno rarior est fides
Atro, vera, animo consona, candida.
At tu sancte sodalium
Flos & cura, fide dissociabili,
Nunquam iuncte mihi, fidem
Hanc P E T R A E E petrâ firma adamantinâ.
Affectent alij decus,
Infidisq; Fidem passibus ambient,
Tu quam Calliope fidem
Experta est, memora: hinc, vade, vade, vale.
Theodorus Mollerus Hamburgensis.

FINIS.



Nonne Quercularum mater Cura anxia Luctu
Concomitata venit?

Ua mihi! crudeles sunt cum genetrice Quere
Et Metus atq³ Dolor.

Quid miser incipiam? reduces huc verte
Scilicet instituunt.

Horridiora micant minitanti lumnin
Mota supercilijs.

O cum leticiâ jam jam succuv
Cumq³ Lepore Io

Quos dudum auxilio vest
Dum redijt p

PETRAEVUS, qu
Nunc p

Cur miserum fugit
Quo

Tutius & me
Tuisse Dolorem

Quam v
ansuros tempore, letum
xcipere.

Hos
atq³ in me servire coëgi,
neq³ fertis opem.

secum vos fert PETRAEVUS, ocellis
Quem magis his adamo?

A 4

Unus

